

repetendi, si forte constaret, se indebitum solvisse. Neg; tamen hæc lex negat, quod si vellet & huic Iuri renuntiare, posset.

Objicit Harpprecht: & utitur Ratione. Sit per errorem indebitè solvitur, ita & indebitè renuntiat. Sed quis so, quomodo vir doctus hoc dicere potuit? indebitè solvitur, quia putatur esse debitum. indebitè hoc est, non ex debito renuntiat, sed quia bene fecit, se habere jus repetendi, sed quia est dominus hujus juris, vult illo cedere.

Petgit. Nemo intelligitur renuntiare jure suo, quod vel ignorat sibi competere, vel dubitat. Quis verò! an non hoc fit in Transactio?

170. QVERITVR 19. An qui solvit indebitum, per errorem transferat dominium. Dico per errorem. nam qui invitus solvit usuratio usuras injustas, non transfert, quia non habet animum transferendi.

Respondetur ex communi omnium DD. affirmativè, nam hoc supponitur in hac actione,

## FINIS TOMI QUARTI.



SYNO.

quã ad hoc agitur, ut dominium redeat ad eum qui solvit: quodsi dominium translatum non esset, non haberet opus conditione indebiti, sed Rei vindicatio competeret, saltem tunc quando rem suam dedisset.

Dices. Qui per errorem solvit, non videtur habere nisi animum conditionatum transferendi dominium, nempe si reverã debeat. ergo deficiente conditione non transferat dominium. Et si ex natura rei fortãssit ita se haberet, quia tamen infinita incommoda sequerentur, si in omni solutione hæc conditio subesset, adeoque nunquam transferretur dominium absolute, sed semper maneret in suspenso, donec metaphysicã certitudine appareret, id quod solvitur verè deberi, redẽ jura volunt transferri dominium, & quia solvens vult primariã intentione solvere eo modo & efficaciam, quã jura volunt, ideo vult & ipse implicite transferre dominium, sed revocabile vel in se, vel in æstimatione, ut hæcenus explanatum est.

# SYNOPSIS ALPHABETICA TOMI QUARTI.

In qua Numerus Major seu Romanus, Tractatum, Minor verò Numerum Initialem indicat.

## A.

### Æstimatorius Contractus.

#### Additio in diem.

**E**st conditio-resolutiva Contractus celebrati, si intra certos dies alius meliorem conditionem fecerit, offerendo v. g. plus pretii. 180. Sed de hac vide: Emptionis Resolutio ex additione in diem.

#### Ad exhibendum actio.

Est actio mixta, tendens ad hoc, ut res exhibeatur, ut cognosci possit, an in illa jus aliquod habeamus. 1143

Competit omni illi, cuius interest, rem exhiberi, & est præparatoria ad Rei vindicationem. 1144

Datur quandoque contra ipsum dominum. cod. ubi exemplum. 1144

Veniunt res solum mobiles & occultabiles. 1145

Datur contra quemvis detentorem, etiam si non possideat. 1146

Si reus conventus non exhibeat, juratur in litem, quantum interest fuisse exhibitam. 1147

#### Ædilitium Edictum.

De hoc vide. Emptionis Resolutio ex Edil. Edicto. 1147

#### Æstimatoria Actio.

De hac (quæ etiam *Quantò minoris dicitur*) vide: Emptionis resolutio ex Ædilitio Edicto. Christ. Haun. de Just. Tom. 1V.

Est bonæ fidei innominatus, ex quo nascitur actio præscriptis verbis, illi competens, qui rem aliquam alteri vendendam committit æstimatam, hac lege, ut vel rem ipsam integram, vel ejus æstimationem restituat. 1065

Si ille, cui res committitur, rogavit, censetur periculum casus fortuiti in se recipere, secus, præsumitur solam operam & communem diligentiam promississe. Hujusmodi sunt Stationaria. 1066

#### Antichresis.

Pactum Antichresis est Pactum pignoris contractui adjectum, quo inter creditorem & debitorem convenit, ut donec pecunia solvatur, creditor ex fundo pignoris in vicem usurarum fructus percipiat. 928. Est iure Canonico prohibitum. eod.

#### Aquiliana Stipulatio.

Quomodo per eam fiat Transactio, vide, Transactio.

#### Arrestum.

Non est species Depositi sicut Sequestrium. nec fit Custodiæ causã, nec tantum exercetur in rem, sed etiam in personam, & in rem non litigiosam. 810

Z Z 2

Ass-



**Affecuratiōnis Contractus.**

Est contractus, quo periculum suscipitur rei alienius pro pretio aut Interesse alio, bonae fidei, inominatus, solo consensu initus. 1093  
 Pretium non consistit in indivisibili: & tam ex diverso rei valore, quam ex diverso periculo creascit & decrescit. 1094  
 Sufficit ut affecurans in se recipiat periculum, etiam si nullam aliam operam exhibeat. 1095  
 Sufficit etiam, si ex hominum opinione subit periculum, etiam si a parte rei nullum sit. 1096  
 Non valet tamen si affecuranti constaret de nullitate periculi, vel affecurato de rei interitu. 1097  
 Si sit designata certa pars affecuranda, si illa pars periret, tenetur affecurans, etiam si altera illa maneat. Si nulla pars designatur, sed in determinate aliqua quantitas affecuratur percuncte toto, tenetur ad partem affecuratam. Secus si tanta quantitas affecurata esset, tunc enim ad nihil tenetur. 1098  
 Qui affecuraret merces quasi illatae essent, & non sunt illatae, & navis periret, ad nihil tenetur. 1099  
 Potest affecurari vita alicujus ad tempus. 1100. Vbi vide exemplum.

**B.**

**Bancarii.**

**Vide Nummularii.**

**Bona Fidei Contractus.**

Alii solo consensu perficiuntur, alii Re Prioris generis sunt Emptio Venditio, Locatio Conductio, Societas, Mandatum. Ex his celeberrimus est Emptio Venditio. 1.  
 Ex eo quod solo consensu perficiantur, male intulit Giphanius, esse nudum pactum prout hoc opponit Contractibus: dicuntur tamen nudum pactum, quatenus nec verborum solennitatem, nec scripturam, nec traditionem ad substantiam requirunt. 2.



**C. Cambium.**

Contractus Cambii est species Permutationis, adeoque Contractus inominatus: & est Pecunia cum pecunia permutatio, ita quidem, ut latim transferatur pecunia primo loco soluta domum, in quo differt ab Emptione. 369. ubi vide eius differentias a Mutuo: & explicationem variorum terminorum huc spectantium.  
 Litterarum Cambii periculum est Campforis, & hoc sensu gerit personam Mutuantis. 372  
 Quando Contractui deest titulus realis, & tantum est apprensus, vocatur Cambium Siccum, quia est Vfurarium, & opponitur Reali. 373  
 Cambium Reale dividitur in Cambium Manuale seu Minutum, quando commutatur pecunia praesens minus bona cum meliore. & in Cambium Locale, seu Per litteras, quando commutatur praesens pecunia cum absente. 374  
 Quando Campfor solvit pecuniam praesentem, ut reddatur alibi suo correspondenti, soler fieri instrumentum publicum. Quando vero Campforis litteras ad correspondentem, ut solvat, & in rationes referat. 375. & seqq. ubi varia utilitates Cambii recensentur.  
 Cambium Manuale iustificatur ex pluribus titulis, ut Campfor aliquid accipiat amplius quam dat. 1. Lucrum cessans, dimnum emergens. 2. Officium cambiendi a Magistratu impositum. 3. Labor in numeranda pecunia. 4. Qualitas monetae. Denique periculum valoris variandi. 379. & seqq.  
 Cambii Localis primus titulus est estimatio virtualis translationis pecuniae in alium locum, quod pertinet titulus affecuratiōnis, 384. Secundus, Minor valor pecuniae, qui titulus est controversus. 385. & seqq.  
 Cambium locale ex titulo virtualis transactionis etiam licitum est, quando Campfor hic prior solvit.  
 Neque redderet illicitum, etiam si Campfori commodum esset, alibi sibi solvi. 392  
 Ad defendendam praxim qua plus accipitur titulo longioris dilationis solutionis, praesentium est, semper subesse alios titulos, & quoad hoc credendum Campforibus & Mercatoribus ob longam experientiam. 394  
 Cambium cum Recambio quomodo fieri solet, varie figuratur a n. 395. quo fit, ut in effectu debitum in eo loco solvatur, ubi contractum est, & quidem cum lucro.  
 Huius-

Huiusmodi Recambium esset siccum & illicitum, si Campfor sciret, pecuniam alibi solvendam cum lucro cambii, non habere in illo alio loco pecuniam, neque etiam aliquem ibi esse, qui suo nomine sit solviturus, adeoque reipsa constituisse pecuniam cum lucro solvere in loco ubi eas accepit. 400  
 Quod si Campfor bona fide processisset, Campforius vero subdole simulasset, se alibi solviturum, teneretur Campfor ad lucrum cessans, & damnum emergens, posteaque Campfor lucrum Cambii exigere eod. ubi vide plura corollaria.  
 Si Petro volenti accipere Romae 1000. ad Cambium Placentiae solvendum, & dicenti se Placentiae nullas habere pecunias, dicat Campfor absque dolo, sed ad gratificandum, se ibi personaliter daturum 1000. ad novum Cambium cum lucro Cambii Romae solvendos, & quibus Placentiae extinguatur primum cambium, manente debito tum primi cambii, tum 100. cum lum lucro secundi cambii Romae solvendorum, esset licitum. 403. & seqq. ubi vide similes casus.  
 Non esset tamen licitus cambiendi modus, quo Ioannes vel eius procurator Antonius vellet Placentiae creditum ipsius Petri Romae contractum, transferre in Petrum ad novum Cambium Romae solvendum, quo tamen Petrus exstingueret primum cambium, sed insuper lucrum ex duplici cambio solvere teneretur. 408  
 Ad varias argutias securae iudicandas regula est: scilicet, quod in huiusmodi modis & pactis cambiendi per virtuales & implicitos rerum conceptus involvitur, in explicitos resolvatur, tunc enim si appareat, quod in rei veritate idem sit, ac si Petrus promitteret Ioanni solutionem sortis Romae cum duplici lucro cambii, est contractus Vfurarius. 409  
 Simpliciter & absolute non est improbandum Recambium, seu Cambium cum recursum, quamvis in praxi sit admodum periculosum, & dissuadendum. 410. & seqq.  
 In Bulla Pii V. prohibetur, ne fiat pactum de certo & determinato interesse, etiam in eventu quo fors non fuerit soluta. Nec valet contractus etiam si omnis fraus abesset, & taxatio ad aequalitatem periculi fieret: quia lex annullat. 414  
 Cambia realia praecipuntur ut fiant ad proximas mundinas. 416. ubi vide limitationem & casum.  
 Non est tamen prohibita dilatio ad remotiores mundinas, quando Campfor prior dat pecunias. 418  
 Distantia loci observanda est, ut terminus com-

petens sit ad solutionem faciendam. 419  
 Non licet Campfori deducere in pactum, ultra iustum pretium, ut casu quo Campforius debito loco & tempore non solverit, teneatur tandem summam ad recambium, huiusque novum lucrum accipere, nisi accedat titulus alius. 424  
 Quando ex pacto non debentur lucra & provisiones nisi finito cambio & extincto toto debito, tunc non possunt illa lucra intermedia in forem adiacere ad recambium, cum necdum eorum solutio debeat. quando vero debentur statim finito primo cambio, possunt ad recambium dari. 425  
 Non tenetur Campfor solutionem sortis accipere non solum Cambiorum interesse. 427  
 Habet praxis inveterata mercatorum, qua pro singulis centenariis scitis debetur tertia pars sciti, secundum monetam de qua solvitur Cambium: quae quo fundamento defendi possit, vide n. 429  
 Si Campfor ex officio cambii, non est illi licitum adire campforium, ut, dum mallet ad locum vicinum, accipiat cambium ad locum remotiorem: secus dicendum, si sponte exerceat. 430

**Census.**

Census hoc loco est Ius percipiendi annuam pensionem ex re vel persona alicuius. 287  
 Differt ab Emphyteusi, quod dominium tam directum quam utile fundi maneat penes debitorem seu Censuarium. 288  
 Item differt, quod Censuarium non solvens non incidat in commissum, sicut Emphyteuta. 288  
 Differt denique, quod Censuarium possit rem censu affectam vendere irrequisito domino cum onere transeunte ad emptorem, nec debeat solvere laudemium. Et ideo in dubio censetur contractus esse potius censualis quam Emphyteuticus. 290  
 Dividitur in Reservativum, & Consignativum.  
 Prior est, quando quis suum fundum plenam iure in alium transfert, reservata sibi annua pensione, & est potius contractus inominatus aut Permutatio, cui potest apponi pactum commissorium. Posterior est, cum quis alteri constituit ac designat jus percipiendi annuos redditus ex re sua, & quia communiter constituitur emendo pro certa pecunia, ideo hic contractus est Species Emptionis: cui tamen non potest adiacere pactum commissorium hoc sensu, ut censuarium amittat dominium non soluta pensione, quia creditor seu emptor non transefert dominium in censuarium, & dat pretium  
 Z z 3



Synopsis

longè minus quam valet res censita. 291  
**Census** Consignativus dividitur in Realem & Personalem. Prior constituitur in te certa ex qua pensio solvenda, quæ rem comitatur sicut servitus. Posterior constituitur in persona obligante te ad annuam pensionem, absque respectu ad aliam rem ex qua solvatur: quamvis pro securitate possit adijci hypotheca in te certa, quæ tamen perente non perit census: quod si Censuarius aliunde hieret impotens solvere, census ex te hypothecata peteretur, & ideo est Census mixtus. 292  
 Perente re censita perit census. Si res censita tertio venderetur, non venditor, sed emptor conveniendus esset. 293  
 Subdividitur 2. in Censusum fructuatum, h. e. eas exigendi fructus, & pecuniarium. Vterque iterum subdividitur in Censusum quoad quantitatem rei solvenda certum, & incertum, h. e. ut solvatur pars aliquota, v. g. tertia pars fructuum. Subdividitur denique in Perpetuum ac Temporalem, qui aliquando est Vitalici us. Perpetuus iterum subdividitur in redimibilem, & irredimibilem. 294  
 Si nihil est expressum, præsumitur esse irredimibilem, nisi ex circumstantiis appareat alia intentio. 295  
**Census** temporalis ad breve tempus constitutus, inter mobilia censetur, secus inter immobilia: quamvis conferendo aliquorum locorum habeat, ut omnes census redimibiles inter mobilia numerentur. 296  
**Censusum** emptio cum certis conditionibus approbatur à Pontificibus. 297. & seqq. ubi referuntur difficile argumentum quo probari potest, esse usurarium, & varis minus efficaciæ solutiones.  
 Quamvis los Censualistæ sit ad fructus in tempus indefinitum, & sic contingere possit, ut tandem longè plus percipiatur, quam fuerit pretium, æstimatio tamen horum fructuum recipit limitationem ex multis capitibus, maximè ex periculo amittendi censusum te perente, aut infructuosâ redditâ. 302  
 Vbi Bulla Pii V. recepta est, Census personales non sunt liciti. Iure naturæ spectato vix continget, ut non excusetur huiusmodi census ab usura ex aliquo titulo. 305  
 Non est Census Personalis prohibitus, quo pensiones successivè solvenda non excederent pretium simul solutum: atq. habeat potius rationem beneficii. 306  
**Census** merè personalis, cuius pretium non adæquat cum bini pensionem, est Iure naturæ illicitus: absentibus omnibus titulis excusantibus ab usura. 307  
 Et hoc non solum est verius loquendo de Censu

perpetuo & irredimibili, sed etiam de personali ad certum tempus. non tamen procedit de temporali ad tempus incertum, v. g. ad vitam Emptoris, vel Venditoris. 308  
 Potest ex hoc fundamento defendi Contractus quidam à nonnullis DD. immeritò reprobatus, qui refertur n. 309  
 Quando ex accidenti fortuito valor census crevit, potest minori pretio redimi ab ipso venditore, quo posset ab alio tertio emi, etiam si hoc à principio non fuerit in pactum deductum. 310  
 In Bulla videtur solum illa variatio pretii esse prohibita, quæ gravis esset primo venditori, non autem quæ per retrovenditionem illi esset favorabilis. 312  
 Probabile est, quod, si Census iustum pretium fuit v. g. 1000. fl. & emit Petrus à Paulo 800. percepitq. fructus seu pensiones annuas 50. per 4. annos, teneatur Paulo non solum restituere 200. tantum defectum iusti pretii, sed insuper partem pensionum respondentium 200. fl. nempe 40. fl. specularivè probabilis est oppositum. 314  
 Consequenter etiam verius est, si contrario pretium fuit majus iusto pretio, venditor non teneatur nisi ad restituendum pretii excessum, & interesse, nihil tamen ratione fructuum, quos emptor percipere potuisset ex prædico valente illud majus pretium. 315

*Census Liciti Conditiones.*

Quoad Conditiones in Bulla Pii V. requisitas, & quæ non sint Juris naturalis aut divini, obligat Bulla eatenus, quatenus est recepta. Non esse autem ubique receptam tradunt plures DD. quos vide n. 316  
**Conditiones** in Bulla requisitæ sunt habendæ pro substantialibus, sine quibus nec in conscientia nascatur obligatio. 318  
 Requiritur autem substantialiter solum in illis Censusibus, in quibus contractus est utriusque onerosus & synallagma. continens. 319  
**Prima** ergo conditio est, ut constituantur in re immobilis certa & fructifera, vel quæ inter mobilia numerentur. 320  
 Potest in censu irredimibili alius census constitui in censu redimibili tunc solum, si huius reflexi census venditor se obliget, casu quo prior census redimatur, quod velit censum constituere super alia re immobili frugifera. 320  
 Per hoc quod Pontifex requirit rem certis finibus determinatam, non excluditur census super rebus pluribus, modò illæ existant, & sint deter-

Alphabetica.

determinatæ. Excluditur tamen census constitutus in omnibus bonis præsentibus & futuris. Item excluditur census in omnibus bonis præsentibus sub terminis generalibus, non enumerando res singulas eodem modo quo enumerantur, quando venduntur. Possunt tamen cætera bona generaliter hypothecari pro majori securitate census in te determinata. 321  
 Non sufficit rem esse merè frugiferam per accidens & ex hominis industria, ut sunt litteræ censuales ferentes Interesse, quia evaderet census personalis. 322  
 Si fructus casu fortuito uno anno non responderent pensioni, nihilominus integra pensio solvenda est. 322. 323  
 Non est necesse, ut res transita ferat in specie illos fructus, in quibus constitutus est census, ut solvatur. 324  
 Potest quis vendere alteri Censusum ex re aliena consentiente Domino. 325  
**Secunda** Conditio. Emendus est Census pecuniâ numeratâ, præsentibus Testibus & Notario, & in actu celebrationis instrumenti, non prius, recepto integro pretio. Non est tamen de Jure naturæ, ut ematur integro pretio de præsentibus soluto. 326  
 De Jure naturæ sufficeret loco pecuniæ dari aliam rem, etiam non æstimatam. Jure positivo tamen, & quidem in utroque foro; talis contractus esset nullus. 327  
 Possit tamen constitui census auctoritate Judicis condemnantis morosum debitorem, ut in penam contumaciæ sit obligatus solvere singulis annis certum censum, donec debitum solvat. 328  
 Requiritur hæc ipsa conditio, etiam quando census jam semel constitutus venditur. 329  
 Non valeret, si in emptione census adderetur pactum, ut venditor & debitor acceptâ pecuniâ eaque statim redditâ extingueret aliquod debitum præcedens. 330  
**Tertia** conditio. Ut non apponatur pactum faciendæ solutionis anticipatæ pensionum: aut obligans ad casus fortuitos. Non est tamen illicitum pactum solvendi partem census post lapsam temporis partem proportionatam. 330  
**Quarta** conditio. Ut in alienatione rei censualis præferatur Censualista, exceptis habentibus jus retractus. 331  
**Quinta** conditio. Re Censuali perente, vel infructuosâ esse cõtâ, census pro rata perit, adeoque non est licitum vi Bullæ, apponere pactum asecurationis de solvendo, etiam re perente. Debet autem infructuositas esse perpetua. 332  
 Quod si pars rei censualis infructuosa evadat, cæteræ verò maneant fructuosæ, ita, ut dedu-

ctis impensis possit integer census solvi, adhuc solvendus erit integer, quidquid dicant communiter Theologi, esse solum proportionatim solvendum. 333. & seqq.  
 Si fundus Censualis divideretur inter plures dominos, posset Censualista exigere censum totum ab uno solo, vel quantum fructus præterentur. 335  
 Si culpa debitoris reddatur res infructuosa, & census est redimibilis, potest quidem debitor redimere, sed interea teneatur ad pensiones solvendas, ob damnum emergens. Si est irredimibilis, non teneatur credi acceptare pretium, sed debitor tenebitur actione de dolo, vel in factum ad solvendas pensiones, poterit tamen censum constituere in alia re æquè frugifera. 336  
 Si in loco rei destructæ alia similis ædificetur, non propterea census reviviscit. 337  
**Sexta** conditio. Census debet esse eodem pretio redimibilis, præviâ denuntiatione, quâ factâ potest cogi ad redimendum. 338  
 Vi Bullæ non solum Census constituti facti sunt redimibiles, sed omnes deinceps constituendi, alioquin invalidi essent. 340. & seqq.  
 Venditor volens redimere, potest obligari ad solvendum simul totum pretium. 342  
 Quod verum est, etiam si ad plures perveniret res Censualis, non enim teneatur emptor acceptare partialem solutionem ab uno. 345  
 Denuntiatio faciendâ est à venditore bimestri ante redemptionem, nec potest emptor intra hoc cogi ad redimendum. 346  
 Potest Censualista intra bimestre cogere debitorem ad extinguendum censum, nec cogitur expectare reliquos decem menses. 347  
**Septima** conditio. Non valet pactum redimendi in favorem emptoris adjectum, ut venditor obligetur redimere, quando voluerit emptor, invito debitore. 348  
 Imò etiam in Bulla prohibetur pactum hujusmodi in penam mortæ adjectum, 349. ubi vide in compendio relatas undecim conditiones in Bulla requisitas.  
 Deficiente aliquâ conditione in Bulla requisitâ, totus contractus est nullus, & non præcisè ut opponitur conditioni. 351  
 Violatâ Bullâ fiscus non vindicat pretium venditori solutum, sed ea solum, quæ per donationem aut remissionem lædens acquireret à læso. 352  
 Jure naturæ est licitum pactum de redimendo censu non solum eodem pretio, sed in eadem specie monetâ, si æquale sit periculum decrementi aut incrementi. 354  
 Ratione hujus oneris probabiliter esset augendum pretium. 355  
 Non esset tale pactum contra Bullam: neque si certa



Synopsis

certa alia species in pactum deducetur. 356
Ex eo quod Censur perpetuus, quamvis redimibilis, adnoetur immobilibus, non potest constitui in bonis Minoris sine Judicis decreto. 357
Vasillus & Emphyteuta possunt constituere censum in seio domino, ad tempus duraturi feudii, &c. 358
In fundo dotali maritus non potest sine consensu uxoris constitnere censum, si habeat tantum dominium civile. 359
Proprietarius non potest censum constituere in re, cuius Ususfructum alius habet. 360
Non valet pactum obligans censuarium solvere pensionem in loco domicilii Censualista. 361
Potest Empor exigere fideiussores. 362
Censuaris obligatur, simul cum pretio quo redimit, solvere quoniam pensionis respondentem tempore clauso. 363
Volens redimere censum hypothecatum, non tenetur monete crediti cui est oppignoratios, nisi ab hoc fuisset requisitus. 364
Cum Censur extinctio non sit propriè alienatio, non requiritur. Decretum Judicis, ut à minore redimatur. quamvis consultius sit censuario, si adhibeatur. 365
Sic etiam redimi potest Censur dotalis à marito, item ab Administratoribus bonorum Ecclesie, fidei, executoris testamenti, &c. 366
Si creditor tergiversetur in acceptando pretio, fitur cursum pensionum, si facta protestatione pretium apud Iudicem deponatur, vel Sequestretur, cui creditor debet solvere salarium, & forte etiam illi us periculo. 367
ubi vide aliquas conditiones.
Ex censu reservativo Censualista non habet Ins Prælationis respectu Creditorum privilegiatorum, si isti velint esse Censuarii, & rem censualm sibi appropriari: habet tamen in re subiecta censui consignativo non solum in sorte & pretio, sed etiam in pensionibus cessis & cedendis. Antiquioribus tamen hypothecariis non præfertur. 368

Commisoria Lex.

Est Pactum contraheutum, quod contractui ceteroquin perfecto & absoluto adjicitur v.g. ut nisi intra certum tempus pretium ab emptore solutum fuerit, res sit inempta. 189.
& plura vide: Emptionis resolutio ex Pacto legis Commisoria.
Commisoria pactum quousque sit prohibitum in Pignote, vide Pignus.

Commodari Contractus.

Est contractus re initus, nominatos, Iurigentium, bonæ fidei, quo res gratis certum ad usum eâ lege conceditur, ut eadem ipsa in specie suo usu restitatur. 715
Quando eadem res duobus vel pluribus commodatur, obligantur singuli in solidum: sed uno conventio si præstet quod debet, alii liberantur. 717. ubi vide casum in contractarium.
Si Pupillus, Minorennis, & casine Tutoris aut Curatoris auctoritate aliquid commodato dedit, non obligatur, sicut nec si accipiant, nisi in quantum locupletiores fiunt. 718
Tamen adversus tales non datur actio Commodatarii, datur tamen actio ad exhibendum, & Rei vindicatio. 719
Commodans illis obligatur ut non revocet ante tempus aut usum completum. eod.
Commodatum factum homini libero, qui putatur esse servus, subsistit. 720
Potest servus invito domino res domini valide commodare, si ita domino expediat: si tamen mallet rem non esse commodatam, contractus esset nullus ex defectu consensûs. eod.
Mala fidei possessor potest commodare, ita ut ipsi competat actio Commodatarii. 721
Habens servitutem Ususfructus, Vsus, Habitationis, potest commodare. eod. 722
Vxor potest res viri eo nesciente comodare, ita tamen, ut, si prohibuerit, & res perierit, ex dote compensetur. eod.
Non solum res mobiles quæ usu non consumuntur, sed etiam immobiles possunt esse materia Commodati. 722
Res usu consumptibiles non possunt commodari nisi ad pompam. 723
Quando solius commodatarii utilitas spectatur, tenetur is ad præstandam culpam levissimam. Unde si res commodata dum restituta ad commodantem, pereat, periculum ad commodatarium pertinet. nisi tali commissum esset referendum, quem dominus solitus est ad talia adhibere. 725
Si utriusque utilitas spectetur, non nisi levis culpa præstatur. 726
Si solius commodantis utilitas spectetur, non nisi de lata culpa tenetur commodatarius. Sicut etiam, si commodans non rogatus, sed ultro rem commodato obulit. 727
Per se & regulariter loquendo non tenetur commodatarius de casu fortuito, nisi ejus culpa acciderit. 728
Potest tamen commodatarius pacto in se recipere casum fortuitum. 729. ubi vide specialem juris Bavarici.
Obligans se ad casum incendii & quoscunque

al. os.

Alphabetica.

alios, ad illos solum se obligare, qui sunt æquè suspicabiles. 730
Si Commodatarius est in mora restituendi, & res commodata fortuito perit, non perit eodem casu apud commodantem, si restituta fuisset suo tempore, periculum est commodatarii. Idem est, si utatur alio modo quam fuerit concessum, & exinde incidit in casum fortuitum. 731
Quando Commodatarius dolo aut contumaciâ rem non restituit, & inde res perit, aut deterioratur etiam casu fortuito, conceditur comodanti ut juret in litem, æstimando rem secundum tempus rei judicandæ. 732
Si res commodata ex intrinseco vitio, accedente usu concessio deterioratur aut pereat, damnum est commodantis. eod. ubi vide casum.
Si res commodata fuit æstimatione faciente venditionem, tenetur commodatarius solvere æstimationem, etiam si casu fortuito pereat, quia æstimatio facit, ut in eventum quo periret, haberetur pro vendita tanto pretio. eod.
Quod si æstimatio non fuisset taxata, ad id tempus referenda est æstimatio, quo res à tempore mortis quanti plurimi valuerit. 733
Quomodo possit committi mora, et quomodo possit perveniri ad Iudicem, non præcedente interpellatione, vide: Mora.
Si res commodata in se existit, ac restitui possit, non est locus compensationi pro debito mandantis: Si vero in se non possit amplius restitui, sed est restituenda æstimatio illius, vel, si quidem restitui potest, sed non nisi deteriorata, dominus tamen sibi restitui unâ cum compensatione deteriorationis, ratione deteriorationis possit fieri compensatio alterius debiti ejusdem rationis. 739
Si Commodatarius in casu naufragii v.g. vel incendii salvare omnes res suas, pretiosas æquè ac non pretiosas, non autem salvaret res commodatas, & præterea acceptas, imò & commodatas præcisè in commodum ipsius commodantis, præsumitur à iure commississe vel dolum, vel culpam latam, adeoque dominaretur, sicut depositarius ad æstimationem restituendam, nisi contraria probatione enervaret. 743
Si res commodatae sunt viliores quam res propriæ, & non possunt ambæ conservari, potest tamen alterutra, licitum est Commodatario salvare proprias, posthabitis commodatis. 744
Si Commodatum factum est in solius Commodatarii utilitatem, tenetur commodatarius, si res commodatas posthabuit suis pretiosioribus, ad illos solum se obligare, qui sunt æquè suspicabiles. 730

ibus, eorum pretium refundere commodanti. 745
Si commodatum factum est in utilitatem utriusque, vel solius commodantis, commodatarius præferendo res suas pretiosiores ad nullam restitutionem tenetur. 746
Si res commodatae sunt æquè pretiosæ ac res commodatarii, cuius solius commodum spectatur, tenetur res commodatas præponere rebus propriis, vel si suas præfert, refundere æstimationem. 747
Si commodatum est in commodum utriusque, & à fortiori, si solius commodantis, potest commodatarius res suas æquè pretiosas præferre rebus commodatis, nec ad usum restitutionem tenetur. 748
Si res commodata sit pretiosior rebus commodatarii, tenetur illam suis præferre, quomodocumque, seu in cujuscumque commodum contractus sit initus. 749
Si res fuit commodata in utriusque, vel solius commodantis utilitatem, tunc conservatis pretiosioribus commodatis, & amissis propriis, potest compensare jacturam reum suarum, neque tenetur tradere commodantibus res suas pretiosiores, priusquam solvat æstimationem reum perditarum. 750
Probabilius tamen non possit compensare, si contractus in solius commodatarii utilitatem initus fuisset, & commodata fuerint pretiosiora. Et si oppositum sit probabile. eod.
Expense ordinariæ spectant ad commodatarium, nisi aliud pactum fuerit. Extraordinariæ & graves ad commodantem, leves etiam ad commodatarium. 751
Damnum in re commodatâ à tertio, sine culpa commodatarii datum, regulariter quidem ad commodantem, quandoque tamen ad commodatarium spectat. 753. ubi vide casus.
Damnum quod Commodatarius patitur ex re commodata vitiosa, spectat ad commodantem, si scivit vitium, secus si probabiliter ignoravit. 754
Si commodans, dum contractus prævidit aut suspicatus est casum occursum, quo, nisi revocaret rem commodatam ante elapsum tempus, ipse incurreret æquè grave damnum, ac commodatarius per revocationem, non licet revocare, tali casu occurrente. 757
Si commodans fuisset in illo habituali affectu erga commodatum dum commodavit, ut eodem modo fuisset commodatarius, si casum prævidisset, non licet revocare. 758
Si contrario commodans fuisset in eâ dispositione habituali, ut interrogatus respondisset, se nolle obligari pro tali casu, tunc, si hæc dam

A 2 a

Christ. Haun. de Inst. Tom. IV.



secundum commodavit, sed solum promisit, non tenetur commodare, ne quidem in foro externo. 759  
Probabilis est, etiam post factam commodationem in utroque, fore posse in tali casu commodatum revocari, etiam si commodatarius tempore facti commodati potuisset aliter sibi providere, nunc autem non potest.

762  
Azione directa conveniri etiam potest commodatarius, si re commodata aliter usus fuerit, vel ultra tempus: item si rem sua culpa deterioravit. ita quidem ut cum illa possint concurrere actio furti, actio legis aquiliae.

763  
Transit haec actio in & contra heredes. 764  
Actio contraria tendit etiam ad obtinendas praestaciones, per quas commodatarius indemnus servatur, alioquin ad commodate dantem sine sua culpa passurus. 765. ubi vide, quae sint haec praestaciones.  
Commodans potest actione directa etiam consequi fructus, si quos res commodata tulit, 766. ubi exemplum.

Communi dividendo Actio.

Datur ex quasi contractu illis, qui in communione rerum singularium absque expressa conventionione incidunt, quae est actio mixta, & tendit ad divisionem rei communis, ad praestacionem fructuum perceptorum, impenfarum, & ejus quod dolo, lata aut levi culpa in re communi admissam est. 1120  
Datur etiam illi qui putat esse socium, cum illi jam alius successerit, ad sumptuum & damnarum restitutionem. 1121

Si consors consorti suam partem oppignoravit, durante pignore non potest agere ad divisionem in vivo creditore. 1122  
Si consors alteri creditori oppignoravit, & tradidit, potest agi contra creditorem, & consortem ad divisionem. 1123

Conditio.

Conditioes Contractibus apponi solent de futuro contingenti, alia sunt Suspensivae, aliae Resolutivae: priores sunt, quorum eventus facit, ut contractus subsistat & absolvatur, & retrotrahatur. Postiores vero, quando contractus jam absolutus resolvitur conditione existente, perinde ac si pacto re-latorio resolutum fuerit. 179

Contractus Innominatus.

Est ille, qui proprio & speciali contractus nomine caret, eo quod nomen quo exprimitur, etiam aliis nominatis contractibus est applicabile; & reducuntur ad quatuor species, Do ut des, Do ut facias, Facio ut Des, Facio ut facias. 1041

In contractu Do ut des, periculum rei necdum tradita absque culpa, pertinet ad eum cui deberetur. 1042

Si vero res ex mora aut culpa periisset, competit actio ad interesse, nisi malit re sua reddita contentus esse. 1043

Retradita evicta, competit alteri actio civilis in factum. 1044

In contractu Facio ut des contra non dantem datur actio praescriptis verbis, etiam quando dolus intervenit, quamvis in hoc puncto leges diversimode loquuntur. 1045

Est contractus Facio ut des, quando unus paciscitur non merum factum, sed alius cuius rei traditionem ad usum, ut alter det v. g. pecuniam. 1046

Ex initio executionis judicandum est, an contractus sit Facio ut des, vel Do ut facias. 1047

Negativae revocantur ad affirmativas, ut non facio, ad facio. idem de mixtis dicendum, resolvi in simplices qui continentur. 1048

In dubio praesumitur contractus Innominatus. 1049

De Iure Civili licitum est unicuique contrahentium poenitere re adhuc integra, hoc sensu, quod contra nolentem non datur actio. Item illi qui ex sua parte implevit, licet poenitere, & datum repetere, antequam alter impleverit, etiam si non fuerit in mora, dummodo indemnus servetur. Ad repetendum datur actio causa danti, causa non secuta. 1050

In consentientia potest quis se obligare ad contractum incipiendum, & si accedat stipulatio, tenebitur ex stipulatu. 1051

Potest tamen ita celebrari, ut neuter simpliciter teneatur incipere. 1052. Et nisi aliud expressum fuerit, censetur hoc modo celebratus contractus. 1053

Ex his Contractibus datur actio Praescriptis verbis. 1054

Si qui implevit, velit poenitere, datur Conditio danti ob causam, causa non secuta, qua repetit quod dedit. 1055

Hos contractus esse Stricti Iuris habet communior sententia; sed seclusa auctoritate probabilis est, esse bonae fidei. 1056

D.

Depositi Contractus.

Est Contractus re initus, nominatus, Iuris gentium, bonae fidei: quo res gratis custodienda alicui traditur eo fine, ut eadem illa in specie (iuridice loquendo) quocumque deponenti libenter restitatur. 771

Per accidens tamen fieri potest, ut non esset res deposita restitenda de pretenti, resistente alia virtute, v. g. Charitatis. 772

Nec oblatet obligationi restituendi, si tempus adjectum esset, per quod res esset custodienda, quia terminus non adijceretur in praedictum deponentis, sed ad definiendam obligationem alterius. 776

Non est tamen contra naturam huius contractus, adijci pactum in commodum depositarii, quo ponatur certa conditio, ante cuius impletionem non teneatur reddere depositum. 777. ubi vide exemplum.

Quod si insuper data esset potestas utendi illo tempore, potest habere rationem Precarii, vel haberet adiunctum contractum innominatum, vel rationem mutui. 778

Non peccat depositarius, utendo re deposita absque ejus deterioratione, & putans bona fide, quod deponens non esset in vitus. 779

Si deponatur res fungibilis, cum translatione dominii in casum quo eam velit depositarius alienare, adhuc retinetur rationem Depositarii, sed habet admixtum aliquid de Mutuo. Nec tamen in tali contractu habet locum Exceptio non numerata pecunia. 781

Huiusmodi Depositarius si esset in mora restituendi, teneatur ad usuras solvendas pro tempore morae, eo quod Depositum sit bona fidei. 784

In tali casu Dominium non transfertur in Depositarium, quamdiu re ipsa non utitur, & ideo periculum ad deponentem spectat. si tamen post contractum daretur facultas utendi, censeretur factum mutuum, & statim transferretur dominium. 785

Dividitur Depositum in illud quod est Iuris, & illud quod est Facti. Depositum Iuris est, quod vel ad sistendam viam cursum, vel inducendum liberationis effectum apud Magistratum interponitur. 787

Depositum Facti est, quod eo animo contrahitur, ut Depositarius ad custodiam obligetur, & dicitur Conventionalis, quod inter privatos est consuetum. 788

Depositum Conventionalis subdividitur in Voluntarium & Necessarium, hoc est, quod sit ex urgente aliqua necessitate aut periculo perdendi rem nisi deponatur. Qui Voluntarium depositum perfide restitueret recusat, condemnatur solum in simplicum, qui Christi. Haun. de Just. Tom. 1. v.

vero necessarium, condemnatur in duplum. 800.

Dividitur etiam in Depositum simpliciter factum, & Sequitum. de quo vide de-questurum.

Favore Domini constitutum est, ut ex depositione a servo facta domino actio acquireretur. 811

Pupillus deponere quidem potest, non tamen Depositum accipere sine tutoris auctoritate, nec obligatur, nisi in quantum locupletior factus est. 812

Servo deponenti, item Religioso, potest depositum tuto reddi, esto non possent in Iudicio exigere. 800.

Clericus & Religiosus possunt Depositum accipere, quamvis male agat accipiendo sine consensu praesumpti Abbatis. 813

Si Depositum in utilitatem Ecclesiae vel Monasterii versum esset, extensus obligatur. 800.

Fur & Praedo possunt Depositum in Iudicio repetere. 814

Non est contra conceptum Depositum, quod fiat in re immobili, ita ut, etiam si aliquid de mandato admixtum habeat, ratio tamen Depositum sit principior, & praevaleret in ordine ad effectum praestacionum, ut non teneatur de levissima aut levi culpa, & seqq.

Si res deponatur apud eum qui revera est dominus, nec tamen dominium in continentia appareat, aequum est, possessionem repenti restitui, & deinde agi de proprietate. 818

Si vero Dominium statim appareat, non datur actio deponenti. 819

Regulariter, & de Iure communi, tenetur Depositarius ad culpam latam solum. De Iure Bavarico videtur etiam ad levem teneri. Potest tamen pacto se ad majorem obligare, imo ad omni culpa deobligare. 820

Si quis plura deposita habet, nec potest in periculo omnia salvare, est apud Depositarium electio. 800.

Etiam si Depositarius in rebus propriis negligentissimus esset, adhuc de culpa lata teneatur. 821

Quando Depositarius accipit mercedem pro custodia, tenetur etiam de culpa levi, sed potius ex conducto, quam deposito. 822

Quando Depositarius profiteretur aliquam artem, vel exerceret aliquod officium, vi cuius tenetur ad majorem diligentiam, tenetur etiam ad majorem diligentiam ratione Depositarii, 823. ubi vide exempla.

Si Nauta, Caupo, &c. praestetur & moneatur, ut quisque res suas custodiat, dum res est integra, non tenentur, bene tamen si res non est integra, v. g. quia navis jam solvit, & ideo



& ideo non possunt res alibi deponi. 825  
 Non liberantur, nisi protestentur, etiamsi gratis recipiant. 826  
 Qui se sponte offert, tamen nullam utilitatem capiat ex Deposito, teneatur tamen ad culpam levem. imò ex presumptione, etiam quandoque ad levissimam. 827. ubi vide exemplum & declarationem.  
 Quando Depositum fuit necessarium ob imminens periculum, adhuc Depositarius teneatur tantum de culpa lata. 831  
 Deponens rem nocivam, teneatur etiam de levissima culpa. eod.  
 Deponenti competit actio Depositi directa, Depositiatio Contraria. Directa tendit ad hoc, ut res deposita custodiatur, & si repetatur jure, restituatur, & commissâ culpâ estimatio solvatur. 832. Contraria tendit ad estimationem damni ex culpa levissima deponens rem nocivam, & ad sumptus qui facti sunt in rei conservatione.  
 Si plures rem communem divisibilem deposuerunt, quis tantum ad partem debitam restituendam agere potest. Si indivisibilem, non tenetur uni agenti restituere, nisi præstitâ cautione, quod reliquis deponentibus velit satisfacere pro sua parte. 833  
 Ad Depositarium in mora existentem perinet casus fortuitus, & rei periculum. 834  
 Actio directa competit etiam heredi tam fideicommissario quam directo. 835  
 Si ex pluribus heredibus unus suam partem recepit, altera pars casu pereat apud Depositarium, damnum perinet ad illum solum qui non recepit. 836. & seqq. ubi quomodo unus heres sine alio possit suam partem consequi.  
 Etiam in actu commissi doli, & inde nate obligationis, datur actio directa Depositi adversus heredem depositarii, etiamsi nihil ad eum pervenerit. 839  
 Hæres tamen solum in simpliciter conveniri possit in casu Depositi necessarii, ex quo depositarius in duplum conveniri possit. eod.  
 Si unus heredum dolum commississet, possit in solidum conveniri, esto ceteroquin & ut heres non nisi pro parte quâ hæres, conveniri possit. 840  
 Siambo hæres rem depositam dolo interverterant, tunc si nocumentum intulit quis partialiter partialitate effectus, conveniendi sunt singuli partialiter. si verò res deposita fuit individua, & ad damnum singuli ita concurrerunt, ut quis in totum damnum indivisibiliter sumptum influerit solum partialitate cause, singuli in solidum conveniri possunt. Quod si species ipsa restitui non potest, sed ad estimationem deveniunt, non nisi pro parte hæreditaria singuli conveniantur. Uno non existente solvendo, alter conveniri ultentis potest. 841  
 Si unus ex pluribus heredibus conventus habet facultatem restituendi totum depositum, & non restituit totum, condemnabitur in solidum. 842  
 Si hæres bonâ fide rem depositam alienaverit, & ex pretio accepto locupletior factus sit, teneatur, re cognitâ, pretium restituere. 843  
 In Deposito non est locus compensationi. 844  
 Adeo autem non est locus compensationi, ut nec esset, si re depositâ estimatio deberetur, in quo habet Deposito speciale prerogativam præ Commodato. 845  
 Neque etiam esse locus, si Deponens vicissim haberet depositum. 849  
 Iure communi (secundum Iure Bavarico) non potest Depositarius recusare restitutionem Depositi, donec sibi solvantur impensa in rem depositam facta. 850  
 Si res deposita fuit oppignorata antequam deponeretur, non potest Depositarius recusare hoc prætextu restitutionem, nec uti exceptione pignoratiâ, bene tamen, si postquam deposita est. 852  
 Deponenti, in substatione bonorum depositarii, non præfertur Usor ratione dotis, si res deposita adhuc existet. 854  
 Si rei deposita sit in manu debitoris deponenti, deponens nullâ gaudet legali seu tacitâ hypothecâ, vi cuius aliis creditoribus præferri possit. 856  
 Quamvis deponens non habeat vi depositi ul- lum reale in bonis depositarii, præferatur tamen aliis creditoribus personalem tantum actionem habentibus. An autem præferatur privilegiatis, non est in Iure satis clarè decisum, legibus inter se valde pugnantibus, quarum probabiles conciliationes varias vide n. 857  
 Qui deposuit pecunias apud alium ut Usuras acciperet, censetur privilegio renuntiasse. & ideo venit in ordine creditorum nullum privilegium habentium. 861  
 Quamvis Dos ob legalem hypothecam Deposito quoad estimationem debito præferatur in concursu creditorum, superatur tamen à deposito in aliis prerogativis, quas vide n. 862  
 Quando deponens bona sunt confiscata, Depositi summo sisco, non deponenti, restituendum est. 862  
 Non sepius ex natura rei, Depositi ita celebrati, ut depositarius possit ad libitum restituere depositum. 863  
 Si nihil expressè in pactum deducatur, præsumitur

metur Depositarius se obligasse ad custodiendum tantum, quoad vel non repetatur à deponente, vel non emerit causa improvisa urgens liberationem à cura depositi. 864  
 Creditori deponentis prohibitum est denuntiare depositario, ne depositum restituat petenti, antequam sibi satisfiat. quod etiam procedit in pensionibus, & panibus civilibus per modum alimentorum debitis. 866

## Donatio.

Donator obligatur tradere rem donatam, nec liberaretur offerendo pretium & interesse. 16

## E.

## Emptio venditio.

Emptionis vocabulum aliquando minus proprie, & latius sumitur in Iure, pro quacunque alienatione. Hodie sumitur pro certa specie. 3  
 Definitor optime: Contractus Iurispergentium consensu perfectus, & mutua præstationis, quo id agitur, ut pro certis numeris sive pecunia numerata danti res tradatur. Brevis. Pactio mercis pro pretio. eod.  
 Differit iste Contractus à Locatione & Conductione: quia per locationem non datur Usus pro unico pretio (sicut quando venditur) sed pro pensione successivè solvenda, & per partes, sicut per partes successivè accipitur Usus. In emptione sit pactum de unico pretio, quod streim totum debetur, vel si constituitur, ut per successivas vices solvatur, vulgò, *Nach stiften*, non attenditur tamen (sicut in locatione) proportio cum usu successivo, per se loquendo, & ideo periculum semper etiam re traditâ pertinet ad locatorem, non ad conductorem, qui proinde re perente non tenetur ad posteriores partiales solutiones, sicut emptor tenetur, ad quem spectat periculum. 7  
 De substantia emptionis est Intentio se obligandi ad transferendum dominium, vel quasi, quantum in se est: ipsa tamen actualis translatio non est de substantia, quia vendi potest res aliena. 8  
 Quando una cum pecunia venit in pactum res aliqua ab emptore tradenda, tunc si contractus in intentio fuit, celebrare emptionem potius quam permutationem, erit emptio. Si nihil expresserunt, videndum, an valor rei tradendæ excedat, vel excedatur à pecunia. Quod si neutrum excedit notabiliter, erit contractus mixtus: possent tamen contrahentes convenire, ut etiam quatenus esset Permutatio, non esset locus penitentia, &c. daretur tamen actio Præscriptis verbis. 9 & seqq.  
 Cum, quando venditur res immobilis, solear intervenire Scriptura seu Instrumentum venditionis, si Contrahentes expressè alligent Contractum Scripturæ, ita ut nolit valere ante confectam Scripturam & approbatam, non perficitur contractus per antecedentem consensum. 13  
 Si non expresserunt alligationem, præsumitur Scriptura solum requiri ad probationem, & majorem securitatem. 15  
 Non est Venditori integrum & liberum, ut, si velit tradere rem venditam, liberetur solvendo interesse, sed obligatur præcisè ad traditionem mercis, si ejus tradendæ habet potestatem. 16. & seqq. ubi multa de discrimine inter obligationem dandi, & faciendi.  
 Requiritur consensus de presenti, qui non sit mera promissio vendendi expressa verbo: *Vendam*. Quod si dicitur: *Volo vendere*, significatur potius contractus de presenti & absolutus, non minus quam voce: *Vendo*. 22. & seqq.  
 Sufficeret ad contractum, si factâ promissione venditor accepto pretio rem traderet. Quia consensus factus significatur, quod esset loco verborum formalium. 25  
 Venditio facta cum designatione pretii per verba: *Quod in arca habeo*: Valer, quia est sufficiens certificatio pretii, & quantitatis potius quam corporis designatio. 26  
 Est etiam sufficiens certificatio pretii sub hac forma, pro pretio quo scapha frumentii tali die & loco venditur. 28  
 Non esset tamen sufficiens determinatio per formam: *Pretio iusto*, nisi contrahentes arbitrium iudicis potius quam proprium respexissent. 29  
 Sufficit, si determinatio in arbitrium tertii conijceretur, qui tamen non sit primùm ab ipsis contrahentibus determinandus, sed jam nominatus. 30  
 In casu arbitrii indeterminati adjecti, non est quidem Venditio, est tamen Contractus in nominatus pariens actionem præscriptis verbis. 31  
 Si in tertiam personam collatum est arbitrium, factâ determinatione pretii, non retrahitur ad tempus conventionis, sed contractus primùm completur postâ taxatione tenentur tamen contrahentes expectare taxationem faciendam. 33  
 Si arbiter iniquè arbitraretur, absolveretur quidem contractus, ut resillire non liceret, datur